

His iam annis, quibus hæc dixi, & scripsi, Germania bellis intestinis fuit afflictissima. Sed direptiones, cædes, funera, famis & pestis sævitiem, militarium scelestorum immanitatem, incendia, eversiones urbium, Christianorum Principum dissidia, & quidquid publicæ calamitatis cernimus, hoc Deus omne definito consilio in nos immisit. Ita Domino placuit. Ita factum est. Sed hanc divinæ volūtatis doctrinam plerumque oppugnat argumentatio absurdissima. Sic ratiocinantur: Hanc urbem Deus occupari voluit, ergo ignavia ducum, qui eam hosti diripiendam permisissent, non est punienda. Epicherema fatuum, syllogismus pessimus. Et, quæso, num probè huc in modum concluderem: cælestis pater filium crucifigi voluit, ergo non malè fecerunt, qui eum crucifixerunt; ergo innocentes ludæi, ergo Annas & Caiphas, ergo Herodes & Pilatus infantes. Cohæsiō, aut sequela nulla est.

§. III.

Quod de publicis calamitatibus dictum, idem de priuatis rerum iacturis quibuscumque sentiendum. Dixerit quis: Hoc perdo, hoc patior, hoc metuo, hoc me penitus mactat & occidit. Verum esto: sed hoc omne non casu, aut fortuito, sed diuina providentia & voluntate iustissima fieri asserendum. Has in te pœnas Deus ab æternitate cum hoc tempore commentus est. Et quæso te, mi homo, hoc demum, quod tibi sæpius infillio, mente altissima reponere: Malorum pœnarium nihil vspiam esse, quod Auctorem non habeat Deum. Verissimè dixit Augustinus: *Nihil sit, nisi quod Deum. Verissimè dixit Augustinus: Nihil sit, nisi quod Deum. Verissimè dixit Augustinus: Nihil sit, nisi quod Deum.* *Nihil sit, nisi quod Deum.* Omnes miseria & clades, omnes ærumnæ ac calamitates, omnes pœnæ, infortunia, iacturæ tristes, & acerbi casus omnes, solum si deuas peccatum, à Deo sunt. Quidquid enim malorem talium humana vita, veluti Læna in nos effundit, id omne à Deo ita volente provenit. Atque hoc explicatissimè confirmamus. Est, qui hominem innocentissimum occidit. Hæc cædes à Deo est, vti omnes iniuriæ tales & iniustitiæ. Quod Augustino credes, qui è censu tuo pro te ratiocinatur in hunc modum: Ergo, inquis, qui innocentem interemit, iustè id fecit, an iniquè? Iniquè sanè, ait Augustinus, iniquissimè. Et tamen non feret, nisi Deus permitteret. Et quamvis ille iniquè fecerit, non tamen iniquè Deus permisit. Hic dixeris: Quare hoc permittit Deus? quare dat homini nequam potestatem tantam in hominem innocentem? disputare vis, antequam facias vnde dignus sis disputare. Discite bonum facere, iudicate pupillo ac viduæ, & venite, disputemus, dicit Dominus. Noli dicere, quare dat Deus potestatem hæc faciendi: qui dat potestatem, habet æquitatem. Tu iniquè murmurare potes, ille æquitatem perdere non potest. Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Hoc si ge in corde tuo, hoc de cogitatione tua non excutiat inimicus. Facere potest aliquid Deus, vt tu nescias, quare faciat: iniquè tamen facere non potest, apud quem non est iniquitas.

Atque hoc per Christi Domini mortem luculentè monstrans idem Augustinus: *Quamquam, inquit, bona egit passio Domini? Et tamen passio huius iusti non esset, nisi Dominus iniqui occidissent. Quid ergo? Bonum hoc, quod nobis præstium est de Dominica Passione, imputandum quod iniquis interfectoribus Christi? Absit. Illi voluerunt, Deus permisit. Illi nocentes essent, etiam si tantummodo voluissent. Deus autem non permisisset, nisi iustus esset. Voluit ergo facere impius, vt damnaretur, permisit, vti tibi præstaretur. Quod voluit, imputatur iniquitati impij; quod permisit, imputatur potestati Dei. Ille ergo iniquè voluit, Deus iustè permisit. Vide, quid tibi fecerit iniquus, quid iustus; ille voluit, iste permisit. Ille iniuste voluit, iste iuste permisit. Voluntas iniusta damnatur, permissio iusta glorificatur. Quanta bona facta sunt iusti de malo iniusti? Hoc magnum Dei, quia & bonum, quod facis, ipse tibi dedit, & de malo tuo*

*ipse bene facit. Noli ergo mirari, permittit Deus, & in dicio permittit; permittit & mensura, numero, pondere permittit. Apud illum non est iniquitas, tu tantum ad illum pertine.*

Verum hac in re plurimi ætannum miserimè hallucinantur, dum causas secundas, vt in scholis loquimur curiosissimè attendunt, causa prima penitus non considerata. Quod dixi, te simili sub aspectu pono. Fuit, vt in obeundis publicis religionibus magni principes plebem ciuicam præcederent. Hic spectatores aliquis, seu principum, seu religionis contemptu, capite recto adstare, reuerentia nihil ostendere, & nec dominicos quidem oculos vereri. Hunc principum vnus conspicuatur, & ad famulum mox versus: *Abi, abi, & impolito illi spectatori pileum decute, & doce genua cum ceteris submittere. Actutum eò famulus peruolans, stantis pileum excussit, & impacta in tergum hasta iussit reuerentiùs adesse. At ille, licet incultissimus homo, mox prouum corpus inclinare, pileum manu tenere, pariæque ceteris facere. Cur quæso tam facile hic homo cessit? Quia vidit principem famulo inuenientem, & in aurem aliquid mandantem. Secum igitur non sine ratione cogitabat: Tam extremè stultus non sum, vt turbas hic excitem. Cedo, & obsequor. Nam princeps ille nimis multos habet famulos, & si resistam vni, alij cateratim in me irurent, vnum non metuerem Antagonistam: tam multis non cedere, infantia est. Huic namque principi tota ciuitas, tota provincia famulatur. Longæ manus regum. Cedo igitur, nec inuado famulum, qui mihi decussit pileum. Ad sui principis nutum hoc fecit.*

Nunquid non prudenter istud? prudentissimè. Nam causam primam attendit, non secundam; Dominum iubentem, non famulum exequentem considerauit: famulus quidem, vt causa secunda, pileum decussit; sed princeps, vt causa prima, hoc fieri non tantum permittit, sed & præcepit.

§. IV.

Hoc ipsum omnibus omnino iniuriis, quæcumque demum nobis ab aliis inferantur, altissima mente perpendamus. Intueamur non secundas hæcæ causas, non homines, non diabolum, nec res alias creatas; sed causam primam, omnium auctorem Deum. Ita Iobus, ita rex David, ita tam præcæ, quam nouæ legis sanctissimi viri, iniuriis aut damnis affecti non causas secundas, sed primam respexerunt: nec enim, qui noceant, sed à quo permittantur nocere, attendunt, Chaldæi & Sabæi decusserit Iobo pileum, cum omnes peccoris diuitias auferrent. At Iobus non secundas has causas, sed Deum, causam primam, respexit. An non regum optimo David pileum decussit Semei, cum suum Principem non verbis tantum, sed & luto ac lapidibus peteret? At prudentissimus rex Davidi *Sinite illum, inquit, finite, finite, vt maledicat: Dominus enim præcepit ei, vt malediceret David. Dominus præcepit ei.* En documentum multò potentissimum, ad sedandum animum aduersus omnes iniurias, & incommoda à quocumque demum homine, quibuscumque modis proveniant. Hæc enim omnia non fortuito casu, sed videtæ ac iubente, aut annuente Deo contingunt. Vos, aiebat David, causam secundam, maledicum Semei; ego verò causam primam, Deum delictorum meorum vindicem attēdo. Nec enim tam fatuus sum, vt nesciam, vnde ita in me mittantur fulmina. Idcirco non quid Semei dicat, aut faciat, sed quid Deus velit, ac iubeat obseruo. *Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Absalon meus filius coram de uero capite molitur decutere. Ego taceo, quoniam*

In omni re bona & mala causa consideranda.

Causam primam in aduersis respexit. Iobus

David.

2. Reg. 16. 10.

Documentum potentissimè ad sedandum animum aduersus omnes iniurias & incommoda.

Ps. 118. 74.

Ps. 38. 16.

Omnia mala, quæ nobis eueniunt auctore habent Deum. Aug. 10. 7. 1. 2. ad Profr. & Hilari. de dono Perseuer. p. 560.

Ita Iobus verba c. 1. v. 17. August. recipit.

Aug. tom. 8. in ps. 61. pag. 256. & 257.

Ps. 118. 74.

Ps. 38. 16.

WAZ